Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



270

emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. At illi dixerunt. Dne.
ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Duo gladii sufficiunt ad testimo
nium sponte passi salua
tori. Unus qui est aplis audacia pro dno certandi. et
euulsa ictu eius auri
cula dno etia mortuo pietate uirtute q; doceret inte
medicandi. alter qui ne quidem uagina exemptus. ostenderet eos nec totum
qd proposiuere procul defensione facere permissos. Et egressus ibat secdm consuetu
dinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Tradendus a discipulo
dns consuetum cum suis locum quo facillime reperiri posset ad eum. Vbi sunt q qui
eum tenuisse mutuoq; contendunt eum crucifixum. Et pulchre sui corporis myste
rium umbratos in montem ducit oliuarum discipulos. ut omnes in morte sua baptizatos
altissimo sei spiritu chrismate confirmandos eum designet quidicere possint cum psal
mista. Signatum est super nos lumen uultus tui dne. dedisti letitiam in corde meo. Et
de quibus apte subiungit. a tempore frumenti uini et olei sui multiplicati sunt.
Et cum uenisset ad locum. dixit illis. Orate ne intretis in temptationem. Impossibile
est humanam animam non temptari. Vnde et in oratione dnica dicimus. Et ne nos in
ducas in temptationem. Non temptationem petit refutantes. sed uires sustinendi. in
temptationibus deprecantes. Ergo et in presentiarum non ait. orate ne temptemini. sed
ne intretis in temptationem. hoc est ne temptatio uos superet ultima et in tra suos
casus teneat. Verbi gratia martyr qui pro confessione dni sanguinem fundit. temptat
quidem est. sed temptationis retibus non ligatur. Qui autem negat. in plagas temptatio
nis incurrit. Et ipse auulsus est abeis quantum iactus est lapidis. et positis genibus orabat
dicens. Dato aplis precepto orandi. et ipse auulsus abeis solus orat pro omnib. qui
solus erat passurus pro omnib. significans tantum orationem suam quantum ad passio
nem anima distare. Et positis genibus orat. ut humilitatem mentis habitu carnis
ostendat. Auulsus est autem abeis quantum iactus est lapidis. tamquam hoc eos typice am
monuerit ut mentem dirigerent lapide id est usq; adipsum perducerent intentionem
legis que scripta erat in lapide. Usq; ad illum enim peruenire potest ille lapis. quem
finis legis xpe est ad iustitiam omni credenti. Pater si uis transfer calicem istum ame. Ve
rumtamen non mea uoluntas. sed tua fiat. Transferre a se calicem postulat. non quidem timore
patiendi. sed mira poris ppli. ne a illo bibat calicem propinatum. Unde et signanter
nondixit. transfer a me calicem. sed calicem istum. hoc est iudaice ppli. qui ex eius occasione ig
norantie habere non potest sine occidere habens legem et ppha. qui me contuda
uaticinantur. Et tamen in semetipsum reuertens. qd ex hominis persona trepidanter ren
nuerat. ex di filii potestate confirmat. Veruntamen non mea uoluntas. sed tua fiat. Non
inquit hoc fiat qd humano affectu loquor. sed ppter qd adueniat tua uoluntas de
scendi. Si q inquit fieri potest ut sine interitu iudaice credat gentium multitudo passi
onem recuso. sin autem illi ex certandi sunt ut omnis gentes uideant. non mea pati uo
luntas sed tua fiat. Alter. appropinquans passioni saluator infirmantium in se uocem

Sæsanguinis